



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

37. Feria 3. De memoria seculi, & antiqua vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Videbo alterum scopulum, fervorem nimium naufragia excitantem. Petam intelligere ejus causas, & evitare.

Conf. 1. Alterum periculum navigantium viam purgativam esse nimium fervorem, cujus causa triplex esse solet. 1. nascitur fervor nimius ex amore sui, quo quis præteritorum peccatorum foeditatem agnoscens, à pœnis pro illis debitis se quàm citissimè desiderat expedire. Hoc morbo laborantes meminerint, quidquid obtulerint **DEO**, sale condiendum esse.

Conf. 2. Alteram causam nimij fervoris oriri ex timore Purgatorij, pro quo longo vult per breves temporales pœnas satisfacere. Hic nôsse oportet, pœnas non immoderatâ corporis afflictione, sed prudenti sui oblatione ex gratiâ majori ex parte solvendas esse.

Conf. 3. Tertiam causam fervoris nimij esse fiduciam de suis viribus, & non in adjutorio Dei, quibus solis se patat perfectionis arcem obtinere posse. Hic sciendum, non in fortitudine equi, aut tibijs viri arcem perfectionis conscendendam esse, sed timore potius, & amore Domini.

MEDITATIO XXXVII.

Feria 3. Dom. 4. Epiph.

De memoria seculi, & antiquæ vitæ.

Vide.

Vldebo tertium scopulum navigantium
per viam purgativam. Petam intelligere
memoriam seculi malam, eamque evitare.

Conf. 1. Quomodo memoria seculi, anti-
quæ libertatis, honorum, voluptatum, divi-
tiarum, commoditatum, solet uno agmine
irruere, & quasi quòd relinquuntur, sine
quibus vitam impossibile est agi. Sic blandi-
tias deseris? poteris sine his vivere? in mor-
tore usque ad canos longos vives?

Conf. 2. Quomodo his obijcienda sit:
1. brevitatis vitæ, quæ lac. 4. Vapor est ad mo-
dicum parens. 2. bona illa, quæ prædicantur,
esse bonorum umbras. 3. præsentem tristitiã
quã Deus mox secutus à lætitiã leniet. 4. turpe
verò & horrendum facinus esset post amicitiam
sum Deo initam, 2. Pet. 2. v. 10. à Deo rece-
dere ob amorem temporalium. 5. flagitabo
divinum auxilium, Sanctorum intercessionem,
Sacramenta frequentabo, Spirituali Patri
difficultatē aperiam, ut hunc scopulū evadā.

Conf. 3. Præsentissimum remedium esse re-
flexionem ad primas inspirationes, quas vo-
catus à DEO sensi, quibus Dominus jubebat
me subire navim perfectionis, & providentiæ
Domini, & ego me subducam? Renovabo
prima perfectionis desideria, &

(si religiosus sum)

vota.

ME-